

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinu

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0079

LOG Titel: De Laniis, seu Collurionibus paruis. Cap. XIV.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

DE ALIO LANIORVM GENERE maiore Ornithologi. Cap. XIII.

SIMILIS hæc Auis est, vt Ornithologus tradit, Lanijs superioribus, maiori præsertim, quã tamen duplò ferè vincit magnitudine, vt ad Merulam ferè dupla sit. Natura & species corporis eadem, nisi quod alæ sint rufæ. Quare dedit etiam opera iconem, quam illi exhibet, prætermisimus. Germanicè circa Argentoratum, Francofurdiam & alibi VVerken-
10 gel, vel VVarkengel, seu VVarchengel inferioribus Germanis, fortasse quali VVurchengel, quod ad verbum suffocantem angelum sonat. Vt non inconcinne id nominis sit adeptus ea de causa, quòd blanda & amica, nempe minimè rapacis Auis voce deceptarum Auium statim iugulum petat, vt in antecedenti proximè historia diximus. Albertus hoc nomen Germanicum præcedentibus Lanijs maioribus, & etiam alijs minoribus Collurionibus tribuit, ita vt commune potius, quàm vni speciei proprium videri debeat. Idem etiam alibi pro Certhia Auc à nobis suo loco describenda non admodum aptè VVarchengel interpretatur.

VVerken-
gel.

Lib. 8. c. 3.

Hist. Anim.

Arist.

Certhia.

In cap. 17.

eiusdem lib.

9.

DE LANIIS, SEV COLLVRIONIBVS paruis. Cap. XIV.

ALIVD est Laniorum genus, superiori per omnia simile, habitu præsertim (nam colorum notis nonnihil differant) at multò minus. Huius quinque genera obseruavi, tria aliqua sui parte rubelcentia, duo eaq; vltimo loco posita cinerea. Collurionem minorem antiquorum appellari licebit. Itali, præsertim Bononienſes Buferulam dicunt. Bellonius Gallicè Petite Pie Grèiche, id est, paruam Laniam vocat.

Collurio

minor an-

tiquorum.

Buferla.

Lib. 2. de

Auib. c. 25.

DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

Hoc ipsam Auiculæ genus ab alijs colorum macularumq; varietate tantùm distinguitur, non autem compositione.


Primum, idq; pulcherrimum in hoc genere est huiusmodi. Auicula est Alauda paulò maior, duos palmos & pollicem longa. Rostrum ei crassiusculum, aurum, extremo non nihil adancum, acutum, non ita longum. Froate & temporibus, vtrinque maculis nigerrimis, per oculorum regionem; ad dorsum vsque continuatis. Froate tamen inter hanc nigredinem & ro-

Collurionis

parui primi

generis de-


scriptio.



strinictum, angusta, quædam macula candida conspicua est. Vertex & collum pulcherrimo colore ad baticum vergente sunt insignita. Dorsum, alæ, & cauda plurima sui parte nigricant, verum plumæ illæ quæ inter alas & dorsum mediæ collocantur, cum locum, quo alæ dorso colligantur, vetientes, albicant. Vropygium & remiges nouem primæ, item & caudæ quæ pennæ duodeng, medijs quaternis exceptis, & duæ exting laterales, oris suis lateribus; omnes verò in vniuersum etiam principio, quo vropygio inferuntur, al bent, vt item venter totus, & pectus. Dorsum extremum cinereum est. Pedunculi ex modico rubro nigricant.

Secundi generis descriptio.

Alius est paris cum primo magnitudinis. Collaria, Basera etiam Bononiensi vulgo, dictus Ferrariensis Verle. cætera illi similis est, quod ad structuram, seu compositionem a tinet, sed colore plurimum variat. Rostrum enim, & alarum pennæ tam primæ, & secundi ordinis tegeres, quam remiges minores, potissimum ea parte, qua ventrem spectant, & extrema cauda, subrubra sunt. Vertex & dorsum fuscis plumulis cooperitur, quæ singulæ extrema ora primum albicante, deinde nigro hemicyclo clausæ, variis eas partes faciunt. Venter albus quidem, sed & ipse simili pacto distinctus, nempe vt omnes in extremis marginibus, seu apicibus transuersim nigricante linea distinguantur. Penultimæ vestitricæ plumularum ventri proximarum secundi ordinis albæ albissimæ ea in parte maculâ confluunt. Reliquæ alarum, & cauda nigricant. Tibiæ & pedes cinereo sunt colore, & quâ in magno Lanio pro corporis ratione, crassiores.




Tertiæ generis descriptio.

Bufertotto.

Tertia species, quam Bononienses vulgò Bufertotto maschio vocant, Collurio mas cinereo vertice dici potest. Eadem, qua reliqui, magnitudine est, & statura, rostro nigerrimo, macula ea nigra, quæ secundæ, de qua vltimò sermo habitus fuit, deest, per oculorum regionem decurrente à recto ad collum primi generis more. Vertex & collum cinereo seu leucophæo, ad cæruleum nonnihil vergente, colore pulchro ornantur. Dorsum & alarum plumæ tegetes obscure rubent, ad ferrugineum inclinâtes. Remiges maximæ fuscæ sunt, ac subnigræ, sed minimæ dorso proximæ, parte tamen ea, qua ventrem spectant, ad latera robescunt. Gula, vropygium, & cauda tota prona, seu inferior candent, necnon & femora. Pectus & venter tota diluæ ex albo rubent. Pedes & tibiæ nigri sunt.

Lib. 2. de Aulæ, 25.

Petrus Bellonius minores hosce & maiores Lanios inter se comparans, tantam scribit pulorum vtrorumque esse similitudinem, vt difficillimè dignosci possint, idq; se experientia edoctum, educatis ad iustam ætatem & magnitudinem vsque, cum maioris, tum minoris pullis. Hanc tamen diuersitatem animaduerti docet, quòd pulli grandioris Collurionis caput multò maius, rectumq; oris apertorem longè habeant, neque ita colorum varietate in fuluo distincti. Et notentur, quemadmodum minoris. Præterea quantum prima plumularum rudimenta ostendunt, venter iam albus apparet, necnon & alarum quoque & caudæ extrema. Minoris polli, cum iam ad iustam staturam adoleuerunt, Alaudarum magnitudinem vix superant, suntque dorso maculoso, vt potè cui plumæ marginibus nigris cingantur, quæ tamen ipsæ fuluæ sint, seu rubescant ad instar Tinnunculorum. Alæ quoq; simili ratione variant. Hoc tamen postremum, quod Bellonius ponit, signum, in nostris, Italici dico, non reperitur. Nostratum enim color fuluus, in dorso, aliq; vniuersus est, non varius. Qui verò instar Tinnunculi, Accipitrisuè variegatus, non fuluus, sed cinereus potius est, in tergo præsertim. Vnde mira colorum



colorum in his Avibus observatur diversitas. Minoribus Collurionibus hoc diagnosticum signum est, quod utraque rostri parte ternos pilos instar barbæ prominentis habeant. Omnibus in uniuersum rostrum est recuruum, instar Accipitrum, modicè tamen. Vtrorumq; pulli, antequam frequentibus adhuc integantur plumis, virefcere nonnihil apparent teneris illis pennarum rudimentis.

VOX. VOLATVS. VICTVS.

EADEM & pullis & parentibus, ut asseuerat Bellonius, Collurionibus vox est. Quod si fortè terreri, aut metu cuiuspiam rei commoueri contigerit, clamorem terroris plenum, horribilem ac magnum edunt, caudamq; hoc illuc motitant, & in alium eleuatam, ac rectam tenent. Lanij hi cibum inter edendumprehendunt pede altero sursum retrahito & eleuato, vni tantum tibiæ insistentes in pertica. Agros à foricibus, maribus, lacertis, & talpis expurgant. Dum prædæ inhiant, instar Tinnunculi in aëre sese aliquandiu librando suspendunt loco non cedentes. At humilius volant, ac terræ propius, quàm ille. Sæpenumerò verò carduis insidere conspiciuntur, & in his quiescere. Nam si fortè præda se frustratos vident, irritumq; quem tentauerant, conatum esse, in primum cuiusque obuiæ plantæ caulem confessuri se demittunt.

GENERATIO. NIDVS.

VTRVMQVE cum maius, tum minus Laniorum genus pari ratione, figuratq; nidum suum extruit. Verum minus numerosiorem prolem gignit, educatq; quam maior. Odonam nonnunquam parit, aliquanto senam tantum. Maior Collurio, ut plurimum quaternos tantum pullos procreat, quinosuè, aut ad summum senos.

VSVS IN CIBO.

TRAGVS medicus Germanus Lanios in uniuersum omnes, ut cæteras rapaces cibo inuiles esse ait. Attamen minimum hoc Laniorum genus, potissimum rubore ventricis insigne, in Italia victus delicatus & salubris habetur.